



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Paulus Conf. 7. Decemb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

766 VITÆ SANCTORUM. 7. Dec.
Ita Imperatori quandoque Constantino
conspectus jussit sententiam revocare,
quam in tergeminos Tribunos innocen-
tes tulerat. Ita institorem in somnis mo-
nuit, frumentum, quod haberet, in ur-
bem suam quam fames vexabat, conve-
heret. Alias vocatus à navigantibus, sa-
pius opem tulisse visus est. Quid? quod
animum NICOLAI tumulus ejus est
imitatus, oleum misericordia propinans. Tu-
mulus vero memoretur circa annum
CCC. XXVI. cum moriturus Angelos
obvios habuisset, etiam nobis occurso-
ros, si rectam viam insistamus. Ex Iusti-
nia. & Brev. Rom.

Post memoriam Virginis singulari tam
dulcis pietas, vel pia dulcedo in cordibus
fidelium obversatur ut in die tribulationis
nomen NICOLAI teneatur in ore, re-
quiescat in corde. Si pulsamur incommo-
dis, statim S. Confessoris nomen proficit in
os nostrum, NICOLAUS ingeminatur.
S. Bern. ferm. de S. Nic.

S. PAULUS CONE. 7. Decemb.

PATRIUM parentes dixerunt, addidit
deinde virtus Obsequentiis cognomen,
quod ille nec cum Alessandris aut Scipio-
nibus nunc commutabit. Quid? quod
cœnobio ipsi, quod habitabat, nomen
miraculis ingens peperit; Nam illud
quantum obedientiae sive exemplum

7. De-
sive p-
no b-
exunci-
sider-
tum
tolle-
persti-
judic-
gellus
sentie-
peren-
eslet;
paren-
runt,
gulos
cerer.
e cœ-
stanti-
cum
tus de-
ses,
calun-
Fel-
dupe-
drivin-
tider-
ne in-
tile e-
serim-

7. Dec. VITÆ SANCTORUM. 767
sive præmium fuit, cùm picem in aheno bullientem à flammâ, jam jamque exundantem nudo brachio, quoad subfideret, impunè versavit? Quod factum cùm alii, ut par erat, laudibus extollerent, convitiis alii deprimenter; persistit tamen ille in statione suâ, suopte judicio terræ purgamentum & canis piggellus, cælo intereà omnia alia de ipso sentiente. Cùm enim socii scire percurserent, quo loco apud Superos P a u l u s esset, abrepti animo in felicissimos primi parentis hortos, P a u l u m illic invenerunt, qui munera (fructus miros) in singulos dispergit, simul vale omnibus dicet. Siquidem altero manè ad montem e cœnobio contendit non procul Constantinopoli situm. Ad hujus pedem cùm annos aliquot habitasset, evocatus denique à D e o, velut alter Moses, in culmen, inde facilî transitu in celum est. Ex Menaxi.

Felix, quem in omni confabulatione duplex timor solicitat, primum quidem divinæ Majestatis, in cuius manus intidere prorsus horrendum; dehinc fraternæ infirmitatis, cui nihilominus perfatile est offendiculum ponere. S. Bernard.
Scim. de tripl. custod.

S. ASEL-